AUGUSTINUS
Italien, Wende 11./12. Jh. Seite 180v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1547
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



et multa recte reprehendunt.
recteq; laudant in hominum
moribus. Quibus ea tandem
regulis iudicant. nisi in
quibus uident. quemad
modum quisq; uiuere de
beat. etiam sine ipsi eodem
modo uiuant. ubi ea uident.
Neq; enim in sua natura cum
procul dubio mente ista ui
deantur. eorumq; mentes
constet esse mutabiles. has
uero regulas inmutabiles
uideat. quisq; in eis et
hoc uidere potuerit. nec
in habitu sue mentes cum
ille regule sint iustitie.
mentes uero eorum constet
iniustas. Ubi nam sunt iste
regule scripte. ubi quid
sit iustum et intus agnoscit.
ubi cernit habendum esse
quod ipse non habet. Ubi
ergo scripte sunt nisi in
libro lucis illius qui ue
ritas dicitur. Unde omnis lex
iusta describitur. et in
cor hominis qui operatur
iustitiam. non migrando.
sed tamquam in primendo
transfertur. Sicut imago
ex anulo. et in cera transitt.

et anulum non relinquit. quia
uero non operatur. et tamen
uidet quid operandum sit.
ipse est qui ab illa luce auer
titur a quo tamen agitur. Quia
autem nec uidet quemadmodum
sit uiuendum. excusabi
lius quidem peccat. quia
non est transgressor legis
incognite. Sed etiam ipse
spendor aliquotiens ubiq;
presentis ueritatis adtin
gitur. quando admonitus confitetur.

De reformatione mentis ad ima
ginem. et quot modis spiritus
appellatio diuersis adsi
gnetur naturis.

Qui uero commemorati con
uertuntur ad dominum. ab ea
deformitate qua per cupi
ditates seculares conformabuntur.
huic seculo reformantur. Ex
illo audientes apostolum di
centem. Nolite conformari
huic seculo. sed reformamini
in nouitate mentis uestre. Ut
incipiat illa imago ab
illo reformari. a quo for
mata est. Non enim reformare
seipsam potest. sicut potuit
deformare. Dicit etiam alibi
Renouamini spiritu mentis uestre.